Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Bedae expositio in Actus apostolrum - Cod. Aug. perg. 43

**Beda <Venerabilis>**

**[Reichenau ?], [14. Jahrh.]**

Epistola Iudae Apostolii.

urn:nbn:de:bsz:31-64495

Visual Library

sustentare, hunc ergo gaio imi
tandum proponit. ut similiom
nium laude possit et ipse dignus
existere.
PAX SIT TIBI, SALUTANT
te amici. saluta amicos per no
men, Amicis gratiam pacis
mandat et salutis. ut per haec
demetrium. ceterosque ueritatis
inimicos. a salute et pace uera
monstret extraneos.

# EXPLICIT TERTIA EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI·

# INCIPIT EPISTOLA IUDAE APOSTOLI:

IUDAS IHU XPI SERUUS FRAT
autem iacobi. his qui in dõ pa
tre dilectis. & ihu xpo conserua
tis uocatisq;

Iudas apostolus quem in euange
lio mattheus et marcus thad
deum appellant. scripsit contra
eosdem fidei corruptores. quos
et petrus. et iohannes in suis
damnant epistolis.

CARISSIMI OMNEM SOLLICI
tudinem faciens scribendi uo
bis de communi uestra salute.

De communi eorum salute dicit
de illa salute. quae ipsi et illis
erat communis. Omnium nam
que electorum una & commu
nis ē salus. fides & dilectio xpi.

DEPRECANS SUPERCERTARI
semel traditae scis fidei.

Deprecans non aliam fidem
discere quam eam quae semel
tradita ē uobis ab apostolis.
sed pro hac certare semper us
que ad mortem.

SUBINTROIERUNT ENIM

quidam homines· qui olim praescrip
ti sunt in hoc iudicium impii;
Jn hoc iudicium dicit in hanc damp
nationem quam impie faciendo
merentur ut dn̄s dicit· et proce
dent qui bona fecerunt in resur
rectionem uitae. qui uero ma
la egerunt in resurrectionem
iudicii. id est damnationis;
DNI NRI GRATIAM TRANS
ferentes in luxoriam;
Dn̄i nostri gratia molliuit duri
tiam legis· quia cum illa diceret
si quis haec uel illa fecerit· lapidi
bus obruatur· si quis haec uel
illa fecerit. flammis conburatur.
Dn̄s laxata districtione legis de
dit per euangelii gratiam licen
tiam purgandi scelera commis
sa per penitentiam et elemosi
nae fructus; sed hanc eius gra
tiam transferunt in luxoriae·
qui nunc tanto licentius ac libe
rius peccant· quanto se minus
uident statim asperitate legis·
de commissis facinoribus examinari;
ET SOLUM DOMINATOREM·
& dn̄m nostrum ih̄m xp̄m ne
gantes; Solus dominator· ē·
dn̄s noster ih̄s xp̄s cum patre
et sp̄u sc̄o· sicut solus dominator
ē· pater cum filio et sp̄u sc̄o·
sicut etiam solus dominator· ē·
sp̄s sc̄s cum patre et filio·
sola dominatrix· ē· tota ipsa trini
tas pater et filius et sp̄s sc̄s.
Quamcumque enim in eadem sc̄a
et indiuidua trinitate personam
nominas. solus ds̄· ē· Et cum tota
simul trinitatem nominas. solum
dm̄ uerum nominas; Unde et ita
intellegendum. quia quicumque
heretici patrem xp̄i uerum dm̄
bonum et iustum esse denegant·
solum dominatorem et dn̄m nos
trum negant· quicumque ih̄m xp̄m
uerum esse filium dī negant·
Et hi utique solum dominatore
et dn̄m nostrum negant.
Quicumque sp̄s sc̄i potentiae
derogant. etiam hi solius domi
natoris et dn̄i nostri maiestati
contradicunt· Quia nimirum
idem pater et filius et sp̄s sc̄s·
solus dominator. et dn̄s nr̄· est·
COMMONERE AUTEM UOS
uolo scientes semel omnia·
Omnia scilicet arcana fidei
scientes· et non opus habentes
recentia· quasi sanctiora a nouis
audire magistris;
Q NM IHS POPULUM DE
terra aegypti saluans· secun
do eos qui non crediderunt
perdidit; Ih̄m non filium na
ue· sed dn̄m nostrum dicit·
ostendens primum· quia ipse
non ex partu sc̄ae uirginis ut

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

heretica uoluere principium ha
buit. sed iuxta misterium sui
nominis ad seductionem creden
tium dr̄ aeternus extat.
Deinde insinuans. quod ita cre
dentes saluat propitius. ut etiam
iustus damnet incredulos.
Ita enim clementer ad se de ad
flictione aegypti primo salua
uit humiles. ut secundo murmu
rantes contra se in heremo. pros
terneret superbos, Quod ideo
inculcat. ut etiam nunc memi
nerimus illam. sic per aquas
baptismi quod rubrum mare
signabat saluari credentes. ut
etiam post baptisma humilem
in nobis requirat uitam. atque
á uitiorum sorde secretam. qua
lem merito heremi secreta con
uersatio designabat, Quam
profecto uitam si quis uel a fide
deuiando uel male agendo uio
lauerit. quasi auersus corde
in aegyptum. Non ad promissae
regni patriam peruenire. sed
inter impios merebitur interi
re, Aliter. secundo eos qui non
crediderunt perdidit. quia
iustus iudex. nonnullos culpis
exigentibus. et nunc et post
modum percutit, solos quippe
poena á supplicio liberat quos
inmutat, Nam quos p̄sentia

mala non corrigunt ad sequen
tia perducunt

ANGELOS UERO QUI NON
seruauerunt suum principatū.
sed dereliquerunt suum domici
lium, in iudicium magni diei. uin
culis aeternis sub caligine
reseruauit; Et in hac senten
tia sicut in praecedente. primo
reminiscendum. quia ihs dñs
noster praeuaricatores ange
los puniuit; qui enim homo in
fine saeculorum ex uirgine
natus. ihūs ab angelo nomen dictan
te accepit. ipse ante omnia
saecula natus ex patre dr̄.
omnem creaturam cum patre
quando uoluit disposuit.
Et a principio superbientes an
gelos. ita sub caligine aeris
huius damnauit. ut eosdem
in die iudicii grauiores reser
uet ad poenas. Et ideo iure
sunt damnandi. qui ihm̄ xpm
non dm̄ uerum. sed hominem
fuisse tantum. et de utroq;
sexu progenitum contendunt,
Deinde inferendum. quia qui
angelis peccantibus non pe
percit. nec hominibus parcit
superbientibus. sed hos quoq;
cum suum principatum non
seruauerint. Illum uideli
cet quo per gratiam adoptionis.

filii dī effecti sunt. sed dereliquerunt suum domicilium id ē eccle
siae unitatem. in qua a dō renati
sunt. uel caelestes sedes regni caeles
tis quas accepturi erant si fidē
seruarent. et ante iudicium
grauiter et grauius in iudicio
uniuersali damnabit

SICUT SODOMA ET GOMORRA.
& finitimae ciuitates. simili mo
do fornicatae. & cē.

Quia dederat exemplum dam
nationis in eos qui solum domi
natorem et dnm̄ nostrum ihm̄
xpm̄ negant. commemorato
interitu uel populi murmuran
tis et infidelis in deserto uel
gigantium se contra auctorē
nequam angelorum. ita dat
exemplum poenae illorum.
qui dn̄i nostri gratiam trans
ferunt in luxoriam. commemo
rans incendium sodomorum.

SIMILITER ET HI QUI CARNĒ
quidem maculant. domina
tionem autem spernunt.
maiestatem autem blasphē
mant. Subaudiendum est.
et hi damnandi sunt sicut so
domitae. qui carnem macula
uerunt sicut populus non cre
dens. qui maiestatem diuinae
potentiae blasphemabat.
sicut angeli qui dominationē
sui creatoris spernebant.

CUM MICHAHEL ARCHANGELUS
cum diabolo disputans alter
caretur. de moysi corpore.
non ē ausus iudicium infer
re blasphemiae. sed dixit.
imperet tibi dn̄s.

De quibus scripturis iudas hoc
testimonium adsumpserit
non facile patet. sed tamen scien
dum. quia simile his aliquid
in zachariae prophetia repperi
mus. Ipse enim dicit quia os
tendit mihi dn̄s ihm̄ sacerdotem
stantem coram angelo dn̄i.
et satan stabat a dextris eius
ut aduersaretur ei. et dixit
dn̄s ad satan. Increpet dn̄s
in te satan. et increpet dn̄s in te
qui elegit hierusalem. sed hoc
in loco facillime intellegitur.
quia ihs sacerdos desiderabat
populum isrl̄. de captiuitate
babylonia liberari. atque ad
patriam terram redire.
resistebat autem illi satanas
nolens populum dī liberari.
sed magis hostibus et hoc genti
libus mancipari. Ideoque illū
angelus qui populi adiutor erat
increpabat. atque ab iniuria
eiusdem populi remouebat.
sed quando de moysi corpore
contentionem cum diabolo

michahel habuerit incertum ha
bemus; At tamen non desunt.
qui dicant eundem dī populum
mosi corpus appellatum eo
quod ipse moses illius populi
positio fuerit., Ideoque iudas
quod de populo factum legerat
recte de mosi corpore factum
dicere possit., Sed ubicumque
et quandocumque haec alter
catio facta angeli cum diabolo
fuerit diligenter intuendum
ē quia si michahel archange
lus diabolo sibi aduersanti
blasphemiam dicere noluit.
sed modesto illum sermone co
ercuit quanto magis hominib;
omnis blasphemia cauenda ē.
et maxime ne maiestatem cre
atoris uerbo indisciplinato
offendant,

VAE ILLIS QUIA UIA CAIN
abierunt & errore balaam
mercede effusi sunt & con
tradictione core perierunt.
Uia cain abeunt qui propter
inuidiam meliorum nomen
sibi doctorum quo honorificen
tur ad sumunt., Errore balaā
pereunt qui pro amore terres
trium commodorum ueritatem
quam ipsi norunt inpug
nant., Contradictione core
qui uiuus ad inferna descendit
interierunt. quicumque appeti
tu indebiti primatus sese ab
unitate scāe ecclesiae secernunt;
scientesque. et praeuidentes
quantum maligerent. ad scele
rum tamen tartara descendunt.
Et quidem cain de fratricidio
cogitantem dnīs corripuit. sed eū
inuidiae saluari non sinit.
Balaam aduersus dī populum
iter agentem dnīs uetuit. sed amor
pecuniae ne obtemperaret obs
titit., Core superbientem mor
ses dnō in se eloquente linire cura
uit. sed eum elatio quae feruebat
insanabilem reddidit; sic pro
fecto sic faciunt heretici quia ad
increpationem scāe ecclesiae
emendari despiciunt. quin
potius fratres gladio male
doctrinae. sicut cain interfice
re malo consilio decipere
sicut balaam contra doctores
catholicos erigere sicut core.
ad suam ipsorum perditionem
contendunt.

HI SUNT IN EPULIS SUIS
maculae conuiuantes sine
timore., Maculatus ē qui
peccat macula ē ipsum scelus
quod operatorem suum conta
minat, Et ideo hereticos quos
arguit maculas appellat quia
non solum in comesationibus

et ebrietatibus suis. siue carnalib;
seu spiritalibus pereant ipsi. sed
et alios perdunt & inquinant.

## NUBES SINE AQUA QUAE

a uentis circumferuntur,
Nubes sunt scī praedicatores qui
conuersationem habentes in cae
lis. miraculis coruscant. et plu
unt sermonibus, De quibus dō
dicitur, et ueritas tua usque
ad nubes, sed nubes sine aqua
sunt heretici. qui posuerunt in
caelum os suum. per uerba super
biae. sed aquae sapientiae au
dientium corda non inrigant.
quae a uentis circumferuntur.
quia ad suggestionem spirituū
inuisibilium. in diuersas uitio
rum rapiuntur errores.

## ARBORES AUTUM̄NALES.

infructuosae bis mortuae.
eradicatae., Mortua est
arbor. quae non facit fructum
bonum., Qui uero etiam mali
operis fructum protulit. bis
mortua arbor appellatur.
Et si ille qui boni operis fructū
ferre noluit. pro sua sterilita
te dicitur excidendus. et in
ignem mittendus. Quid putas
illum mereri poenarum. qui
uel peruersa agendo. uel alios
peruertendo pessimos fructus
attulit. Nec mirū si infructuosę

et bis mortuae dicantur esse ar
bores. quae eradicatae esse
probantur. De scīs enim dicitur
in caritate radicati et fundati.
Qui uero a soliditate caritatis
se eradicare non timent. meri
to si quid boni fructus habere
uidentur amittunt. merito
tales autumnalibus conparan
tur arboribus. ut desperata
eorum salus ostendatur.
Autumni enim tempore. non
solum poma nulla nasci.
sed etiam ea quae nata erant
matura solent decidere, cuius
uidelicet temporis statui as
similantur. hi qui et fructus
fidei ferre ipsi neglegunt.
et ea quae fideles quoslibet
facere bona conspiciunt. exstir
pare atque in caduca student
negotia conuertere,

## FLUCTUS FERI MARIS

despumantes suas confusio
nes, Fluctus feri maris. sunt
peruersi doctores. qui et in semet
ipsis inquieti semper. tumidi.
tenebrosi. et amari sunt. et pa
cem ecclesiae. quasi stabilita
tem. firmitatemque ubicumq;
semper inpugnare non ces
sant., sed tales recte dicuntur.
despumantes suas confusiones.
quia instar tumentium undarū

quanto elatius se superbientes at
tollunt. tanto amplius confusi.
quasi in spumas levissimas dis
solvuntur et pereunt;
SIDERA ERRANTIA QUIB:
procella tenebrarum in aeter
num servata ē; Sidera erran
tia quae sunt septem. numquā
in eodem loco. ubi pridie fecerant
ortum faciunt vel occasum. sed
modo ad infimae zonae bruma
lis descendunt. modo ad alta
zonae solstitialis ascendunt.
modo mediam zonae aequinoc
tialis lineam repetunt; sicut ni
mirum sic sunt heretici. qui lucem
veritatis promittentes. num
quam in eodem statu docendi
perdurant. sed modo sic modo
sic doctrinam suam informan
tes. Ipsi utique quam sit contē
nenda lucis ostentatio. quam
pollicentur insinuant; Et qui
dem inter planetas. id ē erran
tia sidera notissima sunt sol.
luna. lucifer. qui et vesper.
quae non numquam in bono
accipiuntur;. cum sol dn̄s eccle
sia luna ē. lucifer iohannes
baptista. qui dn̄m in carne
nasciturum. nascendo et testi
monium lucis ei praebendo
praecessit. Sed et in malo legi
mus solem dicente dn̄o de seminib:

iactis in petrosa. sole autem
orto aestuaverunt; quod expo
nens ipse subiunxit; Persecu
tione autem orta propter ver
bum. continuo scandalizantur.
solis ergo ardor fervorem
persecutionis indicat. Lunam
in malo legimus. stultus ut luna
mutatur. Lucifer in malo.
quomodo cecidisti de caelo luci
fer. quod non solum de primo
diaboli casu. sed de membris
quoque eius. quae per heresim de
ecclesia ruunt. intellegi potest.
Vesperum in malo. et vesperum
super filios terrae consurgere
facis. quia et antixp̄s et minis
tri eius. quamvis se transfigu
rent velut angelos lucis. Non
tamen divinae luci testimoniū
perhibent sicut lucifer soli. sed
magis opera tenebrarum suis
sequacibus ostendunt; instar
stellae quae vesper dicitur.
quae in occidente vespertina
apparens. secuturae nocti
praecursor existit.
Sidera inquit errantia quibus
procella tenebrarum in aeter
num servata ē. Recte enim
in tenebras tormentorum
mittentur aeternas. qui in
ecclesiam dī. sub nomine lucis
tenebras inducebant errorū.

merito procella praecellentur
suppliciorum. qui in similitudi
nem tempestatum marinorum.
pacem fidelium turbabant.
PROPHETAUIT AUTEM
de his septimus ab adam enoch
dicens. ecce uenit dn̄s in scis mi
libus suis. facere iudicium con
tra omnes. Non contra omnes
homines dicit. sed contra omnes
impios. neminem illorum relin
quens inpunitum. De quib: subdit.
ET ARGUERE OMNES IM
pios. Septimum sane ab adam
dicit esse enoch, qui haec pro
phetauit. ut confirmet exem
plo quod superius ait; quia
iam olim praescripti fuerant
in hoc iudicium impii homines.
qui suo tempore subintroierunt
ad subuertendam fidē pioru̅.
ET ARGUERE INQUIT OM
nes impios de omnibus ope
ribus impietatis eorum qui
bus impie egerunt. et de om
nibus duris uerbis qua elo
cuti sunt contra eum om
nes impii. Uera quidem ē.
haec sententia. qua dn̄s in iu
dicio ueniens. Impios non solū
de operibus uerum etiam de
uerbis arguit et iudicat ini
quis. At tamen sciendum.
quia liber enoch. de quo illam

adsumpsit. inter apocriphas
scripturas ab ecclesia deputatur;
non quia dicta tanti patriarchae
abicienda ullatenus possint
aut debeant aestimari. sed quia
liber ille qui sub nomine eius of
fertur. non uere ab illo scriptus.
sed sub titulo nominis eius. ab alio
quodam editus uidetur.
Si enim uere eius esset. non esset
fidei sanae contrarius. Nunc
autem quia multa incredibi
lia continet. e quibus illud ē.
de gigantibus. quod non habue
rint homines patres sed ange
los. merito doctis claret non
esse uiri ueracis scripta. quae
mendacio sordeant. Unde
et haec eadem iudae epistola.
quia de apocripho libro testimo
nium habet. primis temporib:
a plerisq: reiciebatur; tamen
auctoritate iam et uetustate
et usu meruit. ut inter scās
scripturas conputetur.
maxime quia tale testimoniū
de apocrypho iudas adsump
sit. quia non apocryphum ac
dubium. sed uera luce et lucida
esset ueritate perspicuum.
HI SUNT MURMURATORES
querelosi. secundum desideria
sua ambulantes.
Tanto amplius quisq: murmurat

et quae certitur de praesentibus et
de suae laboribus. quanto minus
in se desideria carnis extinxit.
At contra sēr dānihel et caeteri
caelestium desideriorum uiri,
quanto obnixe superna sola
desiderant. tanto contemtam
transitoria cuncta quae uiden
tur aduersa despiciunt;

HI SUNT QUI SEGREGANT
semetipsos animales spm̄ non
habentes. Ideo semetipsos re
probi segregant a sorte iustorū.
Ideo sunt animales. id ē pro
priae animae suae concupis
centiae sequentes. qui a spm̄
unitatis quo ecclesia congre
gatur. quo spiritalis efficitur
habere non meruerunt, Ideo
diffluunt. quia coagulū non ha
bent caritatis;

UOS AUTEM CARISSIMI
superaedificantes uosmet
ipsos. scīssimae uestrae fidei
in spū scō orantes. ipsos uos
in dilectione dī seruate,
In spū scō oramus. quando ins
piratione diuina conpuncti.
supernum petimus auxilium.
ad percipienda bona quae
ex nobis ipsis nequimus.
Ita igitur nos ammonet bea
tus iudas superaedificare
nosmetipsos super fundamentū
scāe fidei. ita nos ad domos dī
quae. ē. ecclesia, lapides uiuos
adiungere. ita in dilectione dī
seruare praecipit. ut numquā
de nostris uiribus praesumamus.
sed in diuinae tuitionis adiuto
rium speremus. Ne quis iuxta
dogma pelagianum. a se ipso se
saluari posse pronuntiet. sed
omnes sp̄s scī in nos petamus
aduentum, quo inspirati arden
tius orare ualeamus. Ne forte
cum his qui spm̄ non habent
Ideo quae animales perseuerant.
a scāe ecclesiae societate segregemur,

ET HOS QUIDEM ARGUITE
iudicatos. illos uero saluate
de igne rapientes. aliis misere
mini in timore.

Quod ait in timore. ad cuncta
tria quae proposuerat iungen
dum. ē. quia et apostatas quis
quam arguit ac damnabiles
ostendit. In timore debet agere.
ne forte sibi suisue quos diligit
aliquid tale contingat, Et qui
de incendio uitiorum alterum
castigans eripit. considerare
se debet. ne et ipse tempte
tur. Et qui paenitenti misere
tur proximo. etiam illum
necesse est hoc circumspecte
agere. ne forte plus iusto uel
seuerus existat uel pius.

ODIENTES ET EAM QUAE
carnalis est maculatam tu
nicam.. Carnalem tunicam.
corpus nostrum dicit.. Non
autem corpus nostrum odisse
debemus. sed maculatum.
hoc esse omnimodis debemus
odisse.. et quantum ualemus
agere ut hoc inmaculatum
reddamus. ut de carnali.
spiritale mereatur effici.,
quod quia non nostri arbitrii
potestate. sed di gratia perfi
ciendum est. recte subiungitur.
EI AUTEM QUI POTENS Ē
conseruare uos sine peccato.
& constituere ante cons
pectum gloriae suae inma
culatos in exultatione.
Bene autem dicit in
exultatione nos constituen
dos. ante conspectum gloriae
di. quos superius admonebat.
In timore dō seruire. Quia
quanto magis trepidi de acti
bus nostris in praesenti fue
rimus. tanto amplius in fu
turo de percepta mercede
laetabimur.
SOLI DŌ SALUATORI NOS
TRO per ihm xpm. gloria.
magnificentia. imperium
& potestas. ante omne
saeculum. & nunc & in omnia
saecula saeculorum amen.
Haec clausula et patri ac filio
coaequalem. et quo ae&er
num per omnia et ante omnia
saecula gloriam refert ac
regnum. et eorum quoque
qui minorem aut posteriorem
patri filium credunt coargu
it errorem. cum dicit dō patri
gloriam, magnificentiam,
imperium, et potestatem eē.
per ihm xpm dnm nostrum;
Et hoc non ab initio temporis
alicuius. sed ante omne
saeculum. et nunc et in om
nia saecula saeculorū amen.

# IN NOMI
# NE DNI
# EXPLICIUN
# EXPOSITI
# ONES SEPTEM

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

EPISTOLARŪ
BEATORŪ
APOSTOLORUM
IACOBI
PETRI
IOHANNIS
ET IUDAE

CIPI

AEFA

APOC

PSIN

...s iohannis inqu...
...cendi intestin...
...ficat: Ds uerbis...
...q; reuelare dign...
...mihi frater eusel...
...clusa periochis.
...prime post praefat...
...quae adrobora...
...angelium dni pers...
...ores gloriae ex...
...milem filio homin...
...e indutum, Q...
...as his quae spec...
...m disce gesta ue...
...e ecclesiis gener...
...licae luctus descri...
... Ubi sexto loco con...

q̄ xvi